Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

omnia autem mutuam habete inuicem
ipsis caritatem continentem habe
tes quia caritas operit multitudi
nem peccatorum. Hospitales inuicem
sine murmuratione. Vnusquisque
sicut accepit gratiam ministrantes
illam ad inuicem sicut boni dis
pensatores multiformis gratie di
Si quis loquitur quasi sermones
dei. Si quis ministrat tamquam ex virtu
te quam administrat deus. ut in om
nibus honorificetur deus per iheslum
cristum dominum nostrum cui est glo
ria in secula seculorum. Amen. Karissimi nolite
peregrinari in feruore qui ad tempt
ationem uobis fit quasi nouum ali
quid uobis contingat. Sed comu
nicantes cristi passionibus gaudete
ut et in reuelatione glorie eius gau
deatis exultantes. Si exprobramini
in nomine cristi. Beati eritis quoniam
quod est honoris et glorie et uirtu
tis dei et qui est eius spiritus sup
uos requiescet. Nemo autem uestrum
patiatur quasi homicida aut fur
aut maledicus aut alienorum ap
petitor. Si autem ut xpianus non eru
bescat glorificet autem deum in isto
nomine quoniam tempus est ut
incipiat iudicium a domo dei. Si
autem primum a nobis quis finis eo
rum qui non credunt dei euangelio
no. Et si iustus quidem uix salua
bitur impius et peccator ubi mane
bunt. Itaque et hi qui patiuntur se
cundum uoluntatem dei fideli cre
atori commendant animas suas in bene

Seniores ergo qui in uobis
sunt obsecro consenior et
testis cristi passionum qui et eius
que futuro reuelanda est glorie
communicator. Pascite qui est inuo
bis gregem dei prouidentes non coac
te sed spontanee secundum deum
neque turpis lucri gratia sed uoluntata
rie. Neque ut dominantes in cleris
sed conformes facti gregi ex animo
ut cum apparuerit princeps pasto
rum percipietis in marcessabilem
glorie coronam. Similiter adolescentes
subditi estote senioribus. Omnes
autem inuicem humilitatem insinua
te quia deus superbis resistit humi
libus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei ut uos
exaltet in tempore uisitationis omnem
solicitudinem uestram proiicientes in eum quoniam ipsi curae est
de uobis. Sobrii estote et uigilate
in ordine quia aduersarius uester di
abolus tamquam leo rugiens circuit
quaerens quem deuoret cui resisti
te fortes in fide scientes eandem
passionem et que in mundo est fra
ternitati fieri. Deus autem om
nis gratie qui uocauit nos in eter
nam suam gloriam in cristo iheslu
modicum passos ipse perficiet con
firmabit solidabit et. Ipsi gloria
et imperium in secula seculorum
amen. Per siluanum uobis fidelem
fratrem ut arbitror breuiter scri
psi obsecrans et contestans hanc

esse ueram gratiam